



~~11-58~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

11-58.

SIGNAT. clvccccxiii.

56

I. N. J.

MEMORIAM MASCIANAM,

pariterq;

ORATIONEM

de

INFELICITATE

SCHOLARUM;

*ad d. XIV. Mart. M. DC. XC.*

*hor. 8. antemer.*

in Gymnasio Zittaviensi

habendam,

commendat

PATRONIS, FAUTORIBUS

& AMICIS

decenter & officiosè,

M. ADAM Erdmann MIRUS,

CON-R.

---

ZITTAVIÆ,

Typis Michaelis Hartmanni





**S**cholas esse & virtutum officinas, & Ecclesiae Reipublicae publicae seminaria; sapiens Antiquitas non minus verè, quam graviter tradidit. Etsi enim multi inveniuntur, qui de scholis eam animo imbibere sententiam, ut illarum labores leves minusque fructuosos saluti publicae arbitrentur: attamen in dies prodire ex illis cernunt, qui ad gravissimorum munerum administrationem adhibentur. Videmus, in scholis pietati parari sedem, & constitui domicilium religioni; quae laborante & exulante, singula laborant ac exulant, quae ad salutem publicam, quaeque ad omnium vitam incolumitatemque pertinent. Curia è nulla re magis, quam è scholis eam poscit prudentiam, quae Respublica bene convenienterque instituta, & administrari & conservari debet. Nec Familia commodè administrari potest, nisi è scholis honesta, prudens & moderata gubernatio fuerit petita. Sed quò plura & majora bona sunt, quae ex scholis bene constitutis petuntur: eò majorem adhibet operam abjuratissimus ille humani generis hostis, ut cursum illarum, quantum potest & valet, inhibere possit. Novit enim, regnum suum minus consistere posse, quando

do hominum mentes à teneris unguiculis, ad cognitionem & celebrationem divinæ potentia, sapientia & justitiæ adducuntur. Novit, in his Spiritus Sancti officinis ea parari arma, quibus tela, quæ emittit, ignea deleri facillimè possunt. Hinc tanto furit odio, ut, quicquid scelerum fingi & excogitari potest, id omne in hanc sanctam Christi catervam effundat. Non est animus referre, quibus artibus ac dolis, sive eorum animos à scholis benè constitutis avertat, quos Deus scholarum Nutritios & Conservatores esse voluit; sive pessimæ Tyrannorū crudelitati omninò subiciat. Dolendum, quod nec illi insidias immundi hujus Spiritus effugere possint, qui in formandis & exercendis Juvenum animis fidem suam atq; industriam probare satagunt. Sæpè enim eos impedit, quò minùs cum in gloria DEI quærenda, tum in salute Reipublicæ augenda debitam ostendere diligentiam queant. Sæpè eos fallit improbis Juvenibus, qui ab omni pudore & honesti sensu derelicti sunt, nec ullis monitis ac præceptis ad meliorem reduci mentem possunt. Sæpè media sive subtrahit, sive pervertit, quibus bonæ indolis ac spei juvenes ad finem propositum adduci debent. Hinc in tantam sæpius tamq; miseram calamitatem Scholæ quondam florentissimæ incidunt, ut nihil propemodum retineant de antiqua doctrinæ morumq; elegantia, præter umbram magni nominis & inania famæ. Forfan nec loco, nec tempori in-

con-

conueniens" fuerit, si de ista Scholarum Infelicitate  
quædam dixero, dum honor memoriæ Mascianæ le-  
gem dicendi mihi præscribit. Forſan effroenatam hu-  
jus tyranni audaciam eò magis diſcent effugere, quo-  
rum res agitur; quò magis die nocteꝝ illorum ſa-  
luti inſidiatur. Hanc verò Orationem ut Masciani  
Nominis Admiratores honorificâ & perquàm gratâ  
ſuâ præſentiâ exornare velint; obſervanter atq; offici-  
cioſè rogo, omnia honoris & amoris ſtudia ſin-  
gulis ſanctè promittens. *P.P. Domin. Jud.*

M. DC. XC.



Ung. VI 58 (10)

ULB Halle 3  
002 686 287



Sb,

VD17  
Sep. 2000 Pd.









56  
ASCIANAM,  
NEM  
ITATE  
RUM;  
M. DC. XC.  
mer.  
ittaviensi  
n,  
at  
UTORIBUS  
CIS  
cioso,  
mann MIRUS,  
Æ,  
Hartmanni

